

# OORKONDEN

betrekkelijk Friesland en zijne verhouding tot Frankrijk

in de 13e en 14e eeuw,

DOOR

Dr. P. J. BLOK.



## OORKONDEN

Betrekkelijk Friesland en zijne verhouding tot Frankrijk in de  
13<sup>de</sup> en 14<sup>de</sup> eeuw.

---

Bij mijn bezoek aan de archieven te Parijs in September 1896 vond ik in de Archives Nationales aldaar eenige oorkonden betrekkelijk Friesland, die mij zeer merkwaardig toeschenen. (1) Geheel onbekend waren zij niet, want de oudste der oorkonden was reeds uitgegeven door Langlois in zijn boek *Le règne de Philippe III le Hardi* (2) en Colmjon had in zijn *Register* (3) reeds eene aanteekening opgenomen omtrent enkele der latere stukken naar de berichten, die hij daaromtrent vond in den ouden Parijischen inventaris van Dupuy. De oorkonden werden voor rekening van het Friesch Genootschap door bemiddeling van den welwillenden archivaris Henri Stein te Parijs afgeschreven en verschijnen hier thaus in het licht.

Het eerste stuk is, hoewel het eigenlijk met onze Friesche gonwen weinig te maken heeft, hier opgenomen, omdat het spreekt van het aandeel der Friezen in de Kruistochten, met name in den tocht van Lodewijk den Heilige, en van den volgens de in deze oorkonde gegeven voorstelling daarmede saamenhangenden vrijheidsbrief van Karel den Groote, waarvan echter natuurlijk in dit verband geen sprake kan zijn.

---

(1) Vgl. mijn Verslag aangaande een voorloopig onderzoek te Parijs naar archivalia belangrijk voor de geschiedenis van Nederland ('s Gravenhage, Van Stockum, 1897), blz. 42; *Historische Avonden* (Groningen, Wolters, 1896), blz. 291. (2) Paris, 1887, p. 452. (3) No. 264—266.

De overige afgedrukte oorkonden hebben betrekking op eene totnogtoe zoo goed als onbekende verbintenis tusschen den Koning van Frankrijk en de Friesehe gouwen in de jaren 1337/8.

De aanleiding tot die verbintenis was de vijandschap van Frankrijk en de Friezen beiden tegenover de groote alliantie van verschillende Nederlandsche vorsten met Eduard III van Engeland en keizer Lodewijk van Beieren, in 1336 en 1337 tot stand gekomen. (1) De Friezen waagden het intusschen niet uitdrukkelijk alle deelnemers aan die alliantie met Engeland onder hunne vijanden te rekenen: de Keizer, hun opperheer, en de Graaf van Holland, wiens rechten op het Westerlauwersche Friesland in dezen tijd, ten minste in de theorie, door de Friezen werden erkend (2), worden dan ook in deze met Frankrijk gesloten overeenkomsten zoo goed als niet of in het geheel niet genoemd; wel daarentegen worden Engeland en Gelre (3) herhaaldelijk als vijanden gekenmerkt.

Twee gezanten van den Franschen vorst, heer Johannes Richerii, hoogleeraar in de rechten (te Parijs?), en de Friesehe monnik Balduinus uit de abdij Klaarkamp (4), die te Parijs studeerde, verschenen einde October 1337, derhalve nog vóór de feitelijke erkenning van graaf

(1) Vgl. mijne Geschiedenis van het Nederlandsche volk, II, blz. 9, 65.

(2) Vgl. Von Richthofen, Untersuchungen zur Friesischen Rechtsgeschichte, I, S. 439 ff.; Schwartzberg, I, blz. 184 vlg.; Colmjon, Register, no. 262 (van 1338), 267 vlg. Willem III werd sedert 1328, Willem IV ten minste in het begin zijner regeering door Stavoren en Westergoo erkend, dit laatste dus juist in den tijd, waarover enkele onzer oorkonden handelen, nl. Maart en April 1338; zijn vader was Juni 1337 gestorven (Boka bij Matth. Anal. III, blz. 225), zijne verhouding tot de oorlogvoerenden was in dezen tijd vrij dubbelzinnig. (3) Over den oorlog met Gelre in 1336/7 zie Schwartzberg, I, blz. 192; Van Spaen, Historie van Gelderland, I, blz. 493 vlg.

(4) Baldoinus alias dictus Boutatus de Sterkenburch, monachus monasterii Claricampi, wordt genoemd bij Brom, Bullarium Trajectense, no. 1048 en 1119.

Willem IV van Holland, in Friesland om namens den Koning in zeer warme woorden den, zooals het heette, van ouds ter wille van den godsdienst met de Fransche kroon verbonden Friezen een nauw bondgenootschap aan te bieden. (1) Zij werden op hunne rondreis door Friesland krachtig gesteund door de aanbeveling van Wibrandus, abt van het zeer aanzienlijke Klaarkamp (2), maar vonden op die reis vele bezwaren tengevolge van de moeilijkheden, die de wintertijd aan het verkeer tusschen de gouwen in den weg legde. Zij moesten zich dus voorloopig tevreden stellen met eene algemeene betuiging in November 1337 van eene „communitas diversarum partium Frisie”, d.i. dus van slechts een deel der Friezen, omtrent de gezindheid der bevolking, terwijl hun beloofd werd zoo spoedig mogelijk het antwoord van *alle* Friezen op eene algemeene bijeenkomst te zullen opmaken (3); eene bijna gelijkkluidende verklaring gaf nog de gouw Westergoo hun naar huis mede. (4) Abt Wibrandus gaf tevens aan den Koning het voorrecht te mogen deelen in de geestelijke voordeelen, verkregen door de gebeden in de Cisterciënser kloosters. (5)

Belangrijk is vooral het nu volgende stuk, (6) eene oorkonde, gegeven te Appingadam 13 Maart 1338 door „judices, consules et communitates oninium terrarum Frisie” en gezegeld met het ook in 1324 voorkomende bekende zegel van den „Upstallesbome”. (7) Dit is blijk-

(1) No. II. Vgl. No. IV, waarin de brief des Konings dd. 7 Oct. 1337 is opgenomen. (2) No. IV. Vgl. wat men over Klaarkamp uit dien tijd weet, bij Richthofen II, S. 631. De naam van den abt was bekend. Hij komt voor in 1344 (Bron, Bullarium Trajectense, no. 1120); vgl. verder Oork. van Groningen en Drente, no. 269—271, 354, 398—400. In 1355 is Poptatus abt (Oork. v. Gron. en Drente, no. 440). (3) No. V. Welk deel der Friezen bedoeld is, is niet duidelijk; ook het zegel geeft daaromtrent geen uitsluitsel. (4) No. VI. Hiervan is ook nog een afschrift voorhanden in de doos J. 526, no. 7, uit denzelfden tijd. (5) No. III. (6) No. VII. (7) Vgl. Ehrentraut, Friesisches Archiv, II, S. 381 ff. en de teekening achter in het boek.

baar de vervulling der in November 1337 gegeven belofte, die de Friezen thans na het eindigen van den winter werkelijk gestand doen. Merkwaardig is deze oorkonde ook, omdat daaruit blijkt het later nog voortbestaan van de verbintenis van 1324—1327, hetgeen aan Richthofen nog onbekend was<sup>(1)</sup>; verder om den inhoud, die zich aansluit aan de uitingen betreffende het privilegie van Karel den Groote, in de overige hier gedrukte oorkonden, b.v. aan die in de eerste.

Onze laatste oorkonde, door koning Philips gegeven betreffende het vrijgeleide voor de Friezen in zijn gebied,<sup>(2)</sup> is een antwoord des Konings op de in het zoo even genoemde stuk uitgesproken verwachting der Friezen, die aan zijne onderdanen reeds het vrijgeleide verleend hadden.

Het is niet bekend, in hoeverre het toen gesloten bondgenootschap tot wezenlijke samenwerking heeft geleid. Het blijft evenwel alleszins merkwaardig, ook voor de geschiedenis der Friezen, dat het werkelijk gesloten is, wat wij thans uit deze zoo goed als volledige kleine serie oorkonden weten.

(1) Unters. I, S. 480 ff. (2) No. VIII.

P. J. BLOK.

## I.

## Circa 1270—1280.

*De oerheden van Astringen en Wangië in (Oost-) Frieland wenden zich tot koning Philips III van Frankrijk met klachten over de Vlamingen en vragen voor de kooplieden uit hun land gelegenheid om in zijn rijk handelsbetrekkingen met zijne onderdanen aan te knooien.*

Orig. perk. in de Archives Nationales te Parijs,  
doos J. 526. Hoogte 107, breedte 232 cM.  
Uitgegeven bij Langlois, Le règne de Philippe  
III le Hardi, p. 452.

Serenissimo ac christianissimo domino Regi Francie ac suis ducibus, comitibus, barronibus, ballivis et potestatibus civitatum Regis predicti, judices ac universitas terrarum Astringie et Wangie, in Frisia constitute, servicium humile tam debitum quam paratum. Ad regionem vestre dominationis mercatores nostre gentis, presentium exhibitores, transmittimus, humiliter supplicantes, quatinus amore Dei nostrarumque precum interventu possint in vestro dominio auctoritate vestra veniendo et redeundo, salvis rebus suis, firma pace gaudere. Nos enim cunctis hominibus undecumque venientibus, mercatoribus, transeuntibus, peregrinis, advenis, portum nostrum optantibus, pacem firmissimam exhibemus, cum tamen nulli subjaceamus dominio seculari neque regi Allimannie vel potestatibus cujuslibet nationis, sed solummodo archiepiscopo Bremensi in spiritualibus obedimus, qui nobis tenetur crismatis gratiam singulis annis secundum justiciam ministrare, sed per nos eligendo judices singulis annis regimus gentem nostram. Regem vero Francorum pre cunctis principibus veneramur, sequentes ipsum in Terram Sanctam, quotienscumque contigerit ipsum ire in passagio generali, quemadmodum cum patre vestro

Luthowico pie recordationis contra Saracenos quatuordecim diebus apud Tunesym pugnativimus, sed, mediante divina elementia, manu potenti devicimus universos; ex quo nostram gentem, ymmo totam Frisiam, attavus regis Francie, Karolus Magnus beatissime memorie, libertavit. Hinc est quod vestre conquerimus regie dominationi, velut nostri mercatores nobis sua gravissima querimonia demonstrarunt, quod illi de Flandria eos in trecentis marcis contra juris justitiam spoliarunt, pro eo forum inibi de gwerra valida diutius expetere non possumus nec valemus. Quamobrem informati solita pietate a vestris progenitoribus nobis indulta, nichilominus confisi de vestra regia benignitate, preces vobis effundere decrevimus, supplicando, quatinus perpetui servicii nostri respectu forum pacificabile et diem, qua vestri sollempnes nuncii ad equos coemendos nostris mercatoribus occurrere voluerint, disponetis. Pro quo vobis ac vestris nos et nostros ad perpetua servicia presentibus obligamus. Rescriptum de vestra regali magnificentia petimus ad premissa. Cetera lator.

Het aan twee perkamenten strooken bevestigde zegel in gele was ver-  
toont, voorzoover nog zichtbaar, de Heilige Maagd met het kind Jezus  
en rechts een staanden krijgsman. (1)

(1) Vgl. Brem. Urkundenb. II, S. 68.

## II.

1337 November 5.

*Wibrandus, abt van Klaarkamp, getuigt, dat Johannes Richerii, gezant des Konings van Frankrijk in Friesland, zich goed van zijn plicht heeft gekweten.*

Orig. perk. in de Archives Nationales te Parijs,  
doos J. 526, no. 5. Hoogte 75, breedte 278 cM.

Illustrissimo principi Domino Philippo, Francorum regi,  
frater Wibrandus, vocatus abbas Claricampi, testimonium



veritatis cum salute perhenni. Conservatorem presentium, dominum Johannem Richerii, legum professorem, legationem vestram in nostris Frisie partibus fungentem, Dominationi vestre plurimum recommendamus, testimonium eidem perhibentes, quod legationem sibi commissam est fideliter executus, in tantum ut Dominationis vestre gratia pro maxima fidelitate sua merito dignus sit habendus. In cujus testimonium sigillum nostrum, quantum fidem facere possit, presentibus est adnotum. Datum in Clarocampo, anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> XXX VII<sup>o</sup>, quinta die mensis Novembris,

Illustrissimo principi domino Philippo, Francorum regi, presentetur.

Het zegel is afgevallen; sporen wijzen aan, dat het gedrukt was op een enkele perkamenten strook ahangende van de oorkonde.

### III.

1337 November 5.

*Wibrandus, abt van Klacarkamp, geeft aan Philips, koning van Frankrijk, met diens vrouw en kinderen deel aan alle geestelijke voorrechten, in de Cisterciënser kloosters door gebed verkregen.*

Gelijktijdig afschrift op perk. in de Archives Nationales te Parijs, doos J. 526, no. 7. Hoogte 225, breedte 80 cM.

Gloriosissimo principi, domino Philippo, Francorum regi, frater Wibrandus, dictus Claricampi abbas, orationum suarum participium salutare. Exigente pie devocionis effectu, quem ad totum Cisterciensium ordinem accepimus vos habere, petitioni vestre, nobis per venerabilem dominum Johannem Richerii, legum professorem et fidelem vobis legatum, oblate, grato occurrentes assensu, concedimus

vobis, consorti thori vestri et liberis tam natis quam nascituris participationem omnium bonorum spiritualium in vita vestra pariter et in morte, que in domibus nostris fieri concessit gratia Redemptoris. Conservet dignationem vestram Altissimus ad profectum sancte Matris Ecclesie per tempora longiora. Datum sub sigillo nostro, anno gratie millesimo CCC<sup>mo</sup> XXX<sup>mo</sup> septimo, quinta die mensis Novembris.

---

#### IV.

**November 1337.<sup>(1)</sup>**

*Wybrandus, abt van Klaarkamp schrijft aan koning Philips van Frankrijk over het door dezen aangeboden bondgenootschap met de Friezen met bijvoeging van 's Konings brief en den door hemzelven den Franschen gezanten gegeven aanbevelingsbrief aan zijne landgenooten.*

Orig. perk. in de Archives Nationales te Parijs, doos J. 526, no. 3 (gelijktijdige kopie in no. 6).  
Hoogte 21, breedte 34 cM.

Christianissimo domino domino Philippo, Francorum regi, frater Wybrandus, vocatus abbas Claricampi Frieſie, salutis et prosperitatis continuum incrementum cum pace perhenni. Scire volumus dignationem vestram, Rex christianissime, quod ad petitionem fidelis vobis legati, domini Johannis Richerii, et fratris Balduini, monachi nostri, studentis Parisius in domo sancti Bernardi, ad omnes partes Frieſie litteras nostras misimus, etiam antequam ipsi vestri nuncii a nobis recederent, hunc tenorem de verbo ad verbum continentes: „Universis Christi fidelibus tam clericis quam laicis per diversas Frieſie partes commorantibus, frater

(<sup>1</sup>) Dit jaartal in verband met den tekst en de voorgaande stukken.

Wybrandus, dictus abbas Claricampi, totusque conventus ibidem salutem sempiternam cum testimonio veritatis. Noveritis, dilecti nobis in Christo, nos litteras domini Regis Francorum vobis et nobis communiter directas recepisse sub vero sigillo majori, de verbo ad verbum hanc verborum seriem continentes: „Philippus, Dei gratia Francorum rex, „notum facimus presentes visuris seu auditoris tam presentibus quam futuris in Frisia majori et orientali pacis „libertatisque incrementum ac fidei catholice et justicie „nobilem et uberrimam deffensionem. Cum per veridicorum „et secularium personarum relacionem percepimus terram „vestram septempliciter vel sextupliciter ad minus partitam „et diversam nec minus concordi ac longissimi temporis „pace gavisam, scilicet a tempore Karoli magni, progenitoris „nostri, a quo nos et omnes antecessores nostri sumpserunt „originem et exordium primitivum, qui terram vestram pro „meritis ejusdem contra inimicos suos, id est Romanos „imperio suo rebellentes, placita et sufficienti libertate „premiavit, et fidei catholice ac orthodoxe nunc et semper „tanquam homines christianissimos intellexerimus vos deffensores et ideirco Frisones, id est Francos, qui apud nos „liberi interpretantur, appellatos; igitur vos omnes in „Domino exhortamur per presentes, quod una nobiscum „inimicis vestris et nostris, comiti Guelrie aliisque vicinis „vestris, qui Regi Anglie et Ludovico Bavaro et fidei „catholice inimicis ad illum finem contra nos adherent, ut „ipsos contra vos readjuvent, viriliter resistatis; et si volueritis „ipsos impedire, promittimus, quod gratam vicissitudinem „rependemus. Insuper, si placet, nec alteruter sine reliquo „treugas vel pacem faciet aliqualem, et sciatis pro firmo „quod non est aliud, sicut Scriptura dicit, nisi quod nunc „filii ancille filios libere prosequuntur. Conservet vos, libertatem ac terram vestram Altissimus ut optatis. Datum „Vincennis, sub sigillo nostro, VII<sup>a</sup> die Octobris anno Domini

„millesimo CCC<sup>mo</sup> tricesimo septimo.” Igitur, sicut de industria vestra confidimus et probitate, bene facitis, si litteras presentes in clero et populo fideli legi feceritis et publicari. Ad quod faciendum etiam bonitatem omnium vestrum tantum exhortari cupimus, quamvis alias non imparatam reputemus, quantum vobis et factis suaderemus et faceremus, si presenciam nostri vobis possemus exhibere; rogantes proinde iterum atque iterum, quod tante dignationi prompto effectu et corde alacri occurrentes, consentiatis singuli, ad quos series litterarum domini Regis vos invitat, nam pro certo vobis et nobis omnibus ad tam magnificentum dominum pro hujusmodi magis supplicandum esset, cum et libertate, sicut dictum est, patres nostri a suis progenitoribus sint donati, nec dubium quin libenter tanquam vere magnificus dominus genti frisonice et Deo propitio conservabit. Quare responsum vel responsa, que communiter vel divisim domino Regi reddere decreveritis, festinato nobis sub sigillis aliquibus autenticeis dirigatis, per nostros nuncios tocies predicto domino Regi presentanda; quod si alicui vestrum deliramentum, quod absit, videatur, putantes fortasse, quod litteras domini Regis nullatenus penes nos habeamus, ubicunque nobis constitutum fuerit, libentissime presentari et ostendi faciemus in tempore oportuno. Datum anno quo supra, pridie nonas Novembris”.

Aan het stuk hangen aan een dubbele perkamenten strook twee zegels, het eene in groene, het andere in gele was, beiden in zeer slechten staat. Het eerste is het abtszegel, ovaal met een staanden abt en een randschrift, waarvan nog leesbaar: . . . . . B B I S . C L A . . . . . ; het andere, het conventszegel, rond, vertoont een gezeten figuur met een leliestengel in de hand en een randschrift, waarvan nog leesbaar: . . . . . V S . C L A B I . C A M . . . . .

V.

1337 November 8.

*Een deel der Friezen verklaart het hun aangeboden  
bondgenootschap met koning Philips van Frankrijk  
tegen Engeland en Gelre aan te nemen.*

Orig. perk. in de Archives Nationales te Parijs,  
doos J. 526, no. 2. Hoogte 150, breedte 337 cM.

Christianissimo principi domino Philippo, Dei gratia Francorum regi illustri, communitas diversarum partium Frisie federa pacis in perpetuum cum salute longeva. Ammirari non sufficeremus, rex gloriosissime, quomodo oblitus quasi glorie et potencie vestre, qua inimicos vestros potentissime ferire potestis, etiam parvitati nostre tam humiliter scribere curavistis, ut eos, qui inimici vobis sunt, vellemus impedire. Ob hoc faceremus gratam vicissitudinem, spondentes, nisi quod maxima dignitas vestra, recordata pristini temporis et factorum gloriose a progenitoribus vestris gestorum et in hiis naturaliter delectata, scripsit et petivit ex cordis habundantia, que exarata sub sigillo vestro vidimus et magis a dignitate vestra regia per nos postulanda fuissent. Igitur tante dignationi grato assensu et alacri corde ad requisitionem fidelis legati vestri, domini Johannis Richerii, legum professoris, et fratris Baldewini, monachi de Clarocampo, nobis noti, occurrentes, promittimus, quod inimicos vestros, regem Anglie et comitem Guelrie, etiam nobis inimicos, impedire volumus terra, mari et ubique. Verum quod reverendi nuncii vestri ad alias partes terre nostre propter aquarum in via transituum isto tempore hyemali discrimina ac alia multiplicia impedimenta ad presens difficulter aut vix pervenire poterant, hoc responso nostro dato eos remittimus, de fidei sua legatione ipsos plurimum commendantes. Responsiones autem aliorum

nostre patrie, convocatione facta cum possibile fuerit generali, non dubitamus quin recipere magnificentia vestra debeat meliores. Utinam dignationis vestre gratiam in repulsione vestrorum inimicorum continue mereamur invenire. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, octava die mensis Novembris.

Van het slecht bewaarde zegel aan perkamenten strook is nog te zien, dat het twee nissen vertoonde; om het eene is verder nog van het randschrift ADDVCAM te lezen; het andere laat eene op den grond liggende duivelfiguur zien, doorboord met een zwaard door een staanden krijgsman, van het randschrift nog MVNERA PERVERT . . Tusschen de twee nissen schijnt te staan: . . . HANNA DE . . .

---

## VI.

1337 November 14.

*Westergoo verklaart het aangeboden bondgenootschap met koning Philips van Frankrijk tegen Engeland en Gelre aan te nemen.*

Orig. perk. in de Archives Nationales te Parijs, doos J. 526, no. 2bis. Hoogte 160, breedte 215 cM.

Christianissimo principi domino Phelippo, Dei gratia Francorum regi, communitas terre Westergo partium Frieze federa pacis in perpetuum cum salute longeva. Admirari non sufficeremus, Rex gloriosissime, quomodo, oblitus quasi glorie et potentie vestre, qua inimicos vestros potentissime ferire potestis, etiam parvitati nostre tam humiliter scribere curavistis, ut eos, qui inimici vobis sunt, vellemus impedire. Ob hoc gratam faceremus vicissitudinem, spondentes, nisi quod maxima dignitas vestra, recordata pristini temporis et factorum gloriose a progenitoribus vestris gestorum, in hiis naturaliter delectata, scipsit et petivit ex cordis habundancia, que exarata sub sigillo vestro vidimus et magis a dignitate vestra regia nobis postulanda fuissent. Igitur

tante dignationi grato assensu et alacri corde ad requisitionem fidelis legati vestri, domini Johannis Richerii, legum professoris, et fratris Balduini, monachi Claricampi, nobis noti, occurrentes, promittimus, quod inimicos vestros, comitem Ghelrie suosque complices, etiam nobis inimicos, impedire volumus terra, mari et ubique. Verum quod reverendi nuncii vestri ad alias partes terre nostre propter aquarum in via transituum in hoc tempore hyemali discrimina ac alia multiplicia impedimenta ad presens difficulter aut vix pervenire poterant, hoc responso nostro dato eos remittimus, de fideli sua legatione ipsos plurimum commendantes, responsiones autem aliorum nostre patrie, convocatione cum possibile fuerit facta generali, non dubitamus quin recipere vestra magnificentia debeat meliores. Vtinam dignationis vestre gratiam in repulsione vestrorum inimicorum continue mereamur invenire. Datum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX septimo, feria quinta infra octavam beati Martini hyemalis.

Stukken van het zegel in bruine was op dubbele perkamenten strook nog aanwezig maar onherkenbaar.

---

## VII.

### 1338 Maart 13.

*De gezamenlijke overheden der Friezen sluiten een nauw verbond met koning Philips van Frankrijk en verleenen zijnen onderdanen vrijgeleide in hun gebied.*

Orig. perk. in de Archives Nationales te Parijs,  
doos J. 526, no. 4. Hoogte 25, breedte 34 cM.

Christianissimo principi et domino, Domino Philippo, Francorum regi, judices, consules et communitates omnium terrarum Frisie pacem perpetuam et de inimicis feliciter prosperari. Salvatoris nostri vestigia imitatur, qui humiliando inferioribus generosum exhibet in adversis, munificum et benignum; unde ammirari non sufficimus,

O rex gloriosissime, qui semper de inimicis vestris invictissimum triumphum reportare consuevistis, quod nostre parvitatibus non immemores tam favorabiliter scribere curavistis, nos exhortando, ut inimicis vestris et nostris viriliter resistere dignaremur. Quod letissimo cordis affectu suscipientes, ex communi deliberatione omnium terrarum Frisie vestros et nostros inimicos, comitem Gueltrie suosque complices, terra, mari et ubique prosequi et impugnare, prout nobis Deus possibilitatem amministraverit, non cessabimus fortiter cum effectu nec alteruter nostrum sine reliquo, si vestre placuerit dignationi, treugas vel pacem faciet aliqualem. Insuper quia progenitores nostri ac nos fideles filii sancte Romane Ecclesie semper fuimus et adhuc perseveranter permanemus, non oblitimur maximi beneficii libertatis Frisonice, cum tota posteritate a Karolo Magno, regi Romanorum, vestro progenitore, in perpetuum nobis concessa et auctoritate sedis apostolice confirmata, inimicos ejusdem ecclesie, cum fuerit opportunum, impugnare sub vestri domini vexillo et ducatu nullatenus omittimus. Preterea omnibus subditis vestre excellentie nostras intrandi, commorandi, exeundi terras securum conductum prestemus et prestabimus in futurum; quod a vobis humiliter fieri nostratibus in regno vestro supplicamus. Datum in Appingadanum, crastina Gregorii Pape, sub sigillo totius Frisie, anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> tricesimo octavo.

Het ronde zegel, zeer goed bewaard<sup>(1)</sup>, in groene was, met groenroode zijden koorden aan de oorkonde bevestigd, vertoont boven een gewelf de Heilige Maagd met het kind Jezus, de Maagd gekroond en geslucerd zonder nimbus met een bloemensecepter in de hand; rechts van haar een staanden krijgsman blootshoofds, gekleed in maliënkolder met zwaard en schild; links een krijgsman met lans en schild; onder het gewelf twee biddende engelen en aan iedere zijde een kruis. Het randchrift om het zegel luidt: + HIS SIGNIS VOTA [SUA RE]DDIT FRISIA TOTA CUI CUM PROLE PIA SIT CLEMENS VIRGO MARIA.

(1) Geheel overeenkomend met het bij Ehrentraut afgebeeldo.



## VIII.

Na 13 Maart 1338.<sup>(1)</sup>*Philips, koning van Frankrijk, geeft aan de Friezen vrijgeleide in zijn rijk.*

Orig. of minuut op perk. in de Archives Nationales  
te Parijs, doos J. 526, no. 8. Hoogte 112,  
breedte 295 cM.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, iudicibus, consulibus et communitatibus omnium terrarum Frisie libertatem, qua fruuntur, sub ejusdem incremento prospero perpetue remanere. Facta vestra strenua, quibus mediis fuit a Karolo Magno, progenitore nostro, predicta libertas concessa, nedum ad dandum eandem fuerunt inductiva sed et ipsa in personis successorum predicti progenitoris et precipue in nostri Dei gratia inductorum ministerio collocata, frequenter iterata sufficerent ad de novo, si plus esset possibile, concedendum; sunt etenim istius communitati federis jura per antiquos predecessores honestis familiaritatis rationibus non per levem noticiam adinventata. Quapropter nos, de intensa affectione competentes (?) desiderii nostri, quam vos ex vestrarum litterarum serie generosa habere dignoscimus, vobis repensare gratias, quas valemus, non debemus nec possumus abstinere vestre petitioni super securitate conductus, quantum ad introitum, moram et exitum per districtus et loca regni nostri favorabiliter annuentes, illos ex vestris, quos in regno nostro moram eligere contingerit, tantis libertatibus dotaturi, quantas senserimus in sui commodum et honorem redundare, rogantes vos in inceptis taliter perseverare, quod per vestrorum laborum exercitium virtuosum vestrorum generositas pateat animorum.

Geen spoor van een zegel of zegelstrook aanwezig.

<sup>(1)</sup> Zie over den datum de inleiding. De lezing schijnt hier en daar wat bedorven maar de zin is duidelijk genoeg.

